Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

babilone. sydrach. misach. et abdenagho. iuniores contempserunt de
cretum tuum. Deos tuos non colunt
et statuam auratam quam erexisti non
adorant. Tu autem. feria sexta.
Tunc nabuchodonosor iratus et
iniquus precepit ut adducant
sydrach misach et abdenago. Qui
confestim adducti sunt in conspectu
regis. Pronunciansque nabuchodono
sor rex ait eis. Vere ne sydrach mi
sach et abdenago deos meos non co
lis. et statuam auratam quam constitui
non adoratis. Nunc ergo si estis
paratis quando audieritis sonitum
tubae fistule et cytharae sambucae psal
terii et symphonie omnisque generis
musicorum prosternite vos et adorate
statuam quam feci. Quod si non audieritis
et non adoraveritis eadem hora mit
tamini in fornacem ignis ardentis.
Responderunt sydrach misach et
abdenago. dixerunt regi nabucho
donosor. Non oportet nos de hac re
videre tibi. Ecce enim dus noster quem
colimus potest eripere nos de camino
ignis ardentis et de manibus tuis rex
liberare. Quod si noluerit notum sit
tibi rex quia deos tuos non colimus
et statuam auratam quam erexisti non
adoramus. Tunc nabuchodono
sor rex repletus est furore et aspectus
faciei illius immutatus est super sy
drach misach et abdenago et precep
it ut succenderent fornax septuplum
plus quam succendi consueverat. Et
iuvenes fortissimos de exercitu suo re
ligari ut ligarent pedibus sydrach mi
sach et abdenago mitterent eos in
fornacem ignis ardentem. Et
confestim viri illi vinci cum braccis

suis et tiaris et calceamentis et ves
tibus missi sunt in medium fornacis
ignis ardentis. Nam missio regis
urgebat. fornax autem succensa e
rat nimis. Porro viros illos qui mi
serant sydrach misach et abdenago
interfecerat flamma ignis. Viri autem
tres idest sydrach misach et ab
denago ceciderunt in medio caminum
ignis colligati. Et ambulabant in
medio flammae laudantes deum
et benedicentes dominum. Tu. Sabbato.
Et non cessabant qui miserant
ministri regis incendere fornacem. naptha et stuppa et pice et mal
leolis. Et effundebatur flamma
super fornacem cubitis. xlviii. et em
pit et incendit quos repperit iuxta for
nacem de chaldeis. Angelus autem dni
descendit cum azaria et socii eius et
excussit flammam ignis de forna
ce et fecit in medium fornacis tamque
nentium roris flatum. Et non te
tigit eos omnino ignis. neque contri
vit neque molestiae intulit.
Tunc illi tres qui ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant
dominum in fornace dicentes. Bene
dictus es dus patrum nostrorum laudabilis
et super exaltatus in secula. Tunc na
buchodonosor obstupuit et surre
xit. properavit et ait optimatibus suis. Non
ne tres viros misimus in medio ig
nis compedibus. Qui respondentes
dixerunt regi. Vere. Respondit rex et ait.
Ecce ego video viros ignis solutos
et ambulantes in medio ignis et ni
hil corruptionis in eis est et species
quarti similis est filio dei. T. Tunc
accessit nabuchodonosor ad ostium
fornacis ignis ardentis et ait.